



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Salmanticam venit. 84

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

tibus flammis cōprehensū miser-
rimè peremit. Censuerunt id non
fortuitò factum ; sed offensum
luculento conuitio Numen, de-
specti IGNATII pœnas sumsisse.
Cepitq; exinde cōtēte virtutis fa-
ma valescere. Re postmodū, vt ac-
ciderat, narratâ; grauius indoluit
IGNATIVS, & obortis lacrimis;
hoc manè inquit, ipse has sibi in-
felix Vates exequias prædixit.

Ceterum hinc discessurus, in-
stituit Vallisoletū ex negotio pe-
tere, quod cum Alphonsio Fonse-
ca Antistite Toletano, conficeret.
Hic eum benignè complexus; &
re, cuius agenda venerat, effectâ;
Salmaticâ cum viatico, inter op-
portunas pollicitationes dimit-
tit. 84 Eò profectus, cōtinuo cepit
more suo mortales ad virtutum
studia pellicere; illa q; eadem age-
re, quæ alibi visa erant in familia-
ritatem iam vertisse. Quapropter

paucis iterum diebus, increbrescere rumor, atque IGNATIVM ad omnis ordinis homines differre: qui nouitate & mali metu excitati accurrere; dicentis libertate, & in mouendis animis facultate solliciti cogitare, ne quod virus ea boni specie tegeretur. 85 Re omnino nouissimè ad Magistratū delatā hoc facilè proficiunt, vt iniectis catenis ipse ac socius arctissimè colligati, nusquam possent ab altero alter diuertere. Dies duos & viginti tenuit is carcer: cū nihil interea minor ad illum concursus fieri; & ipse in vitia liberè pro virtutibus dicere, verbisque omnes ad honesta accendere perrexit: tantis occupatus gaudijs, vt patiendi cupidior, ijs succensus fuerit, quibus ideò se esse miserabilem videret; confessus, eos ignorare, quas carcer, quasque alia damna delicias innoxijs parturirent.

ren
& si
alic
ban
hab
diu
sub
86
que
ban
dice
que
min
que
sent
culi
dem
NAT
nes
tem
gnat
tum
lere
bus